



# **Dissertatio juridica inauguralis de crimine aggeris rupti secundum leges populorum Europaeorum**

<https://hdl.handle.net/1874/322795>

CRIMINE AGGERIS RUPTI  
SECUNDUM LEGES POPULORUM EUROPAEORUM

PROPTER JOHANNIS ISAACI DE FREMERY

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,

DE ACADEMIA CAESAREA

CRIMINE AGGERIS RUPTI

SECUNDUM LEGES POPULORUM EUROPAEORUM.

JOHANNES MULDER

AMSTELÆDAMI

AMSTELÆDAMI

IN PUBLICO LIBRARIATO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

DEPARTMENT OF THE HISTORY OF ARTS

CRIMINAL RECORDS

THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

2.

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,

DE

**CRIMINE AGGERis RUPTI**

SECUNDUM LEGES POPULORUM EUROPAEORUM,

QUAM,

FAVENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

**PETRI JOHANNIS ISAÄCI DE FREMERY,**

MATH. MAG. PHIL. NAT. MED. ET ART. OBST. DOCT. ET PROF.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**PRO GRADU DOCTORATUS,**

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO JURIBUS ET PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTIT

**GUILIELMUS MULDER,**

AMSTELODAMENSIS.

AD DIEM XV JUNII MDCCCXLVIII, HORA I.



AMSTELAEDAMI,

IN BIBLIOPOLIO C. G. VAN DER POST.

MDCCCXLVIII.

DISSEMINATIO JORDANIA ISRAELITARUM

IN

# CRIMINE AGGERIS RUPTI

SCENUM LEGES POPULORUM TROPICORUM

DE

PATRIBUS SUIS SCRIBIT

ET QUAE SUI GENII MENTIS

PETRI JOHANNIS ISAACI DE PRINERY

IN HOC OPERE

DE

RELIQUIA RELEGITUR ACADÉMICO

ET

RELIQUIA RELEGITUR ACADÉMICO

RELIQUIA RELEGITUR ACADÉMICO

RELIQUIA RELEGITUR ACADÉMICO

RELIQUIA RELEGITUR ACADÉMICO

RELIQUIA RELEGITUR ACADÉMICO

RELIQUIA RELEGITUR ACADÉMICO

RELIQUIA RELEGITUR ACADÉMICO

RELIQUIA RELEGITUR ACADÉMICO

RELIQUIA RELEGITUR ACADÉMICO

RELIQUIA RELEGITUR ACADÉMICO

RELIQUIA RELEGITUR ACADÉMICO

TYPIS H. BAKELS.

PROOEMIUM.


**PARENTIBUS**

**OPTIMIS CARISSIMIS,**

HASCE STUDIORUM PRIMITIAS

D. D. D.

**AUCTOR.**



---

---

## PROÖEMIUM.

---

Patria nostra una omnes caritates complectitur nostras, haec semper in cogitationibus praevalet civium, haec quam maxime in omnibus actionibus eorum attenditur. Igitur, si officio coactus ad specimen scribendum, ut satisfacerem ultimo officio, quod Athenaei studioso Juris, petenti gradum doctoralem, incumbit, nemini videbitur alienum me elegisse materiem petitam ex illis maxime regionibus unde gaudeo me ortum esse.

Nulla fere materies invenitur in patria nostra, cujus nostra pluris interest, quam illa quam tractare conabor, scilicet; aggerum vastationes quas a malevolorum ausibus defendit etiam lex poenalis: argumentum quod, suadente Viro Clarissimo DEN TEX, elegi. Materies haec ne viribus meis gravior sit, valde vereor, tamen mihi ita arrisit ut opus illud licet difficile aggressus sim, confidens auxilio Virorum Clarissimorum DEN TEX et VAN HALL, quorum institutione usus sum, nec minus Promotoris, Clarissimi Viri



G. W. VREEDE, quorum auxilium etiam mihi nunquam defuit. Vobis igitur Viris Clarissimis, et imprimis Viro Clarissimo DEN TEX, gratum meum animum profiteor pro vestra erga me mente, et insigni benevolentia qua me semper prosecuti estis. Vivite diu salvi et incolumes in Patriae honorem, disciplinarum commodum, studiosorum utilitatem.

Ut autem argumentum de quo agere conabor tantum quantum in me est recte tractarem, visum est materiem in quinque capita distribuere, ut nempe primo capite agam de Romanorum Jure de hoc argumento, capite secundo addam jus antiquius nostrum, capite tertio tractabo de Jure Francico, capite quarto inspiciam Jus hodiernum apud praecipuos populos Europam inhabitantes, quinto capite denique colligam Jus hodiernum in Patria nostra hac de re.

Multa in scriptione mea desiderari, multa imperfecta esse sentio, sed edidi ut potui, non ut volui.

---

## CAPUT PRIMUM.

### JUS ROMANUM DE AGGERIBUS NON RUMPENDIS.

---

Romani, a quibus omnis fere Juris notio ad nos pervenit, qui in omnibus Juris partibus praecepta nobis reliquerunt quae hodie adhuc sequimur, et quae fontem Juris nostri in multis constituunt, Romani etiam de aggeribus egerunt, et poenas peculiare scripserunt in eos qui aggeres Nili vastarent, vel eis detrimentum afferrent, uti patet ex fragm. 10. ff. de extraordinariis criminibus et imprimis ex lib. 9. titulo 38 Codicis de Nili aggeribus non rumpendis, et ex Codice Theodosiano lib. 9. titulo 32 de Nili aggeribus praemature non rumpendis.

Ita Romani severas scripserunt poenas in eos qui aggeres vastarent. Jus hocce spectabat imprimis Aegyptum, regionem cum patria nostra quo ad hoc argumentum (coercitio nempe aquarum) aliquomodo convenientem, illic nempe aggeribus Nilus flumen coercebatur intra ripas suas, ut non effunderetur in agros vicinos antequam adscendisset aqua et excessisset ad altitudinem praescriptam, quae alti-

tudo erat duodecim cubitorum; ratio autem est: quod, si Nilus ad altitudinem duodecim cubitorum non adscendisset, hoc certissimum esset signum famis in Aegypto et consequenter in Imperio Romano, uti infra videbimus. Igitur qui ante constitutum tempus aggeres vastaret, vel rivulos ad suum fundum derivasset et usurpasset, is extra ordinem puniebatur, sic et ille puniebatur qui arborem sicaminonem caeserat, nempe his arboribus Nili aggeres adversus vim et impetum fluminis firmabantur. Conf. fragm. 10. ff. de extraordin. criminib. Poena infligebatur teste Ulpiano extra ordinem pro conditione personarum et admissi mensura, vel metalli vel alterius operis publici, vid. l. pen. ff. de extraord. criminibus.

Jure novo autem proposita et sancita fuit poena per constitutionem Imperatorum Honorii et Theodosii: ut auctor hujus criminis flammis eo loco consumatur in quo crimen perpetraverit, conscii et consortes autem ejus constringantur deportatione atque insuper omnibus licentia supplicandi vel recipiendi civitatem vel dignitatem vel substantiam est denegata. Conf: l. un. Cod. de Nili agg. non rumpend. l. 9. tit. 38 et Cod. Theodos. l. 9. tit. 32.

Differt autem Codex Theod. a Cod. Justin. in eo, quod in Theod. nominatim Oasena deportatio infligitur, cujus mentionem sustulit Tribonianus in Cod. Justin., verisimiliter propter l. ult. Cod. Justin. de poenis lib. 9. tit. 47, quae ultra annum in Oasin quemquam relegari vetat. Poenas has non tantum subeunt illi qui crimen hoc ad effec-

tum perduxerunt, sed etiam illi qui illud tentarunt, cum eadem severitate voluntatem sceleris qua effectum puniri voluerint legislatores, si modo voluntas illa aliquo modo in actum deducta fuerit.

Ratio, cur his legibus in Aegypto potius quam in aliis regionibus Imperii de hoc argumento cautum est, videtur, quod Aegyptus esset quasi horreum populi Romani, cum Italia, tum hortis tum nemoribus voluptati inservientibus magna parte occupata, externae opis indignit, ne annonae defectus esset, et sic non temere dictum est, hos qui Nili aggeres ruperint facto tali propemodum Imperii appetere securitatem, quia, uti antea jam dicebamus, si Nilus altitudinem duodecim cubitorum non attigisset, hoc fuit certissimum signum famis in Aegypto, uti videri etiam potest apud Plinium lib. 5. cap. 10, qui altitudinem necessariam et justam dicit eam sedecim cubitorum, nempe legitur loco citato: »Minores quam 16 cubit. aquae non omnia »rigant, ampliores detinent tardius recedendo. Hae serendi »tempora absumunt solo madente, illae non dant sitiente. »Utrumque repudat provincia, in duodecim cubitis famem »sentit; in tredecim etiamnum esurit; quatuordecim cubita »hilaritatem adferunt; quindecim securitatem: sedecim de- »licias. Maximum incrementum ad hoc aevi fuit cubitorum »decem et octo Claudio principe, minimum quinque Phar- »salico bello." Idem lib. 18. cap. 28: »Si duodecim, »inquit, cubita non excessit, fames certa est." Ergo post duodecimum cubitum justu incrementi et excessus ini-

tium fuit et auspicium: sedecim cubiti justi incrementi finis. Hinc adeo Nili simulacrum seu statua Romae, cum sedecim pueris quasi eam scandentibus, manuque cornu copiae tenens. Vid. Plinium l. 36. c. 7. Nilometrium in Serapidis templo constitutum erat, ut docet Heliodorus Aethiopicae histor. l. 9. et Memphis quidem Nilometrium istud olim fuit, teste Diodoro Siculo l. 1.; videatur etiam Goropius de Niloscopio, et J. B. Scordia de natura et incremento Nili. l. 2. c. 2 et. 3.

Ex his sequitur, famem etiam in Imperio Romano oriri debere, quando Nilus altitudinem necessariam non attigisset, quia Imperium per quatuor fere menses anni totum sustentabatur frumento Aegyptiorum, conf. Diod. lib. 18. Franc. de Amajja Nilus; seu ad Leg. un. Cod. de Nili agger. non rumpendis (in Opp. Jurid. Lugd. 1667. p. 292 sq.) ubi plures refert, et Taciti Annalium lib. 12, ubi legitur: »Nec nunc infoecunditate laboratur, sed Africam »potius et Aegyptum exercemus navibus et casibus vita populi Romani permissa est.»

Dicebamus, severas fuisse poenas scriptas in hoc crimen, sed recte videntur gravissimas poenas statuisse Romani in crimen commissum in re, a qua non tantum vitae eorum qui Aegyptum inhabitabant, sed etiam securitas totius populi Romani, magna saltem parte anni, pendeat; igitur si primo aspectu hae poenae nimis crudeles viderentur, tamen si accurate investigantur sequelae, quae ex his criminibus oriri possunt, et mores eorum temporum, homines

tunc minus culti, et severissimis poenis coercendi considerantur, tunc videtur hoc crimen, quod tanta mala post se trahere poterat, recte gravissimis poenis punitum fuisse.

Sic vidimus Jus statutum de aggeribus Nili, sed quid Juris de aggeribus in ceteris provinciis Romani Imperii? in locis citatis nihil invenitur statutum de hoc argumento, ne quidem commemorantur aliae provinciae Imperii et procul omni dubio Romani etiam de hoc statuerunt in provinciis aliis, sed lex peculiaris de aggeribus non rumpendis in aliis locis Imperii non invenitur, igitur videntur ibi ad hoc argumentum referri debere alia remedia Juris ordinaria, veluti duo interdicta praetoria memorata tit. 13. lib. 48 ff. ne quid in flumine &c: in illo titulo nempe invenimus primo loco interdictum praetorium prohibitorium quo cavetur: ne derivationibus non concessis flumina excrescant, vel mutatus alveus vicinis injuriam afferat aliquam, et secundo loco interdictum restitutorium quo jubetur restituendum quod factum jam est. Porro ad hunc locum videntur pertinuisse omnia quae universe ad resarcitionem impetrandam spectant de damno injuria dato, uti etiam legum criminalium de vi publica et privata placita, quae leges fere usurpabantur in Jure Romano, quando aliud Juris remedium deficiebat (1).

(1) Vid. de toto hoc argumento, VOET ad tit. ff. de extraord. Criminib. Tom. 6. p. 549, BRUNNEMAN in Codicem, PEREZIUS ad Codicem, MATTHEUS, de Criminibus, lib. 47. tit. 5. cap. 5, VOET ad Legem Jul. Majest. lib. 48. tit. 4. N<sup>o</sup>. 10, DAMHOUDER, Prax. crim. cap. CVII. De aggerum ruptoribus.

---

## CAPUT SECUNDUM.

### POENAE A MAJORIBUS NOSTRIS STATUTAE IN AGGERUM RUPTORES.

Majores nostri severas etiam poenas statuerunt in crimen aggeris rupti; antiquissimae illae poenae erant: mors, mulcta major et mulcta minor, postea autem haec differentia poenarum est sublata et poena mortis cum publicatione bonorum sine ulla spe veniae est sancita contra qualescunque aggerum vastatores, ut infra videbimus. Antequam autem ad illud argumentum transeamus, poenas illas, multas majores et minores singulariter inspiciemus et quidem primo loco videamus de mulcta minori.

Mulcta illa erat scripta in eos qui ulvam meterent vel venarentur in aggeribus, quod indicatur placitis Principis Mauritiae Hollandiae Gubernatoris die 29 Junii 1549, Placito Philippi Hispaniae Regis die 19 Aprilis 1569 et Placitis Ordinum Generalium 9 Junii 1594, 22 Aprilis 1616, 2 Maii 1620, et placitum Zeelandiae 27 Novembris 1654, ubi statuitur: »Niemand mag doorn, rys,

» helm van de duinen en andere plaatsen, die voor het  
 » verstuiven moeten bewaard worden, rooven en vervoeren,  
 » wier maaijen of op de wierwaarden vogels vangen, noch  
 » kort onder dyken sand, slyck of steenen afgraven, op  
 » verbeurte van geldboeten, gereedschappen enz.”

Porro Placito Ordinum Hollandiae et Frisiae Occidentalis die 25 Septembris anni 1662. Groot Placaatboek, Tom II, fol: 2837 legitur: » Wie eenig sant-ballast, schel-  
 » pen of wier van de stranden van Huyschduinen of uit de  
 » zee aldaar wegnemen, verbeuren eene amende van vyftig  
 » Guldens en daarenboven het opperste kleedt, noch onder-  
 » jarig en onder haar ouders staande sullen mogen bestaan  
 » met halve boeten enz.”

Videatur etiam Acte van Dijkgraven en Hoog-Heemraden van Rhijland die 28 Novembris 1595.

Similes illi videntur habendi, qui crimen his placitis prohibitum perfecerunt, iis, qui in Aegypto non aggeres Nili perrupissent, sed arborem Sycaminonem excidissent; hae arbores nempe continebant aggeres Nili atque eos firmabant adversus aquae vim, uti apud nos ulva, arena, lapides aliaque, est autem animadvertendum, majores nostros principio leniores fuisse quam Romanos, quum illi hoc crimen mortis poena puniebant, majores nostri tantum multam exigent. Postea vero ad doctrinam juris Romani accesserunt, nempe Placito 23 Novembris 1675, infra memorando, ubi etiam mortis poenam in hoc crimen statuerunt.

Secundo loco attendenda est multa major scripta in eos



qui vastarent aggeres qui minora flumina, paludes aliaque continerent, etiam propter vastationem pontium aliarumque munitionum quibus vis aquarum coercetur, hoc demonstrat placitum ordinum Generalium die 5 Julii 1694, ubi legitur:

»Die leydycken, dammen, watervallen, schuttingen of »andere werken, die tot het sluiten van het water in de »moerassen gemaakt zyn, doorsteken, verbranden of ruïnen, moeten vyfhonderd guldens betalen en de schà repareren.»

Postea autem etiam haec mulcta sublata est et quidem eodem Placito, quo mulcta minor est abrogata et ejus loco mortis poena statuta est, nempe ab Ordinibus Hollandiae die 23 Novembris 1675, Placito novo mulcta major est abrogata et loco ejus sancitum est ultimum supplicium cum publicatione honorum, sine ulla spe veniae, promiscue adversus qualescunque aggerum perruptores, sive illi aggeres mari oppositos, sive minores munitiones vastaverint, aut aquae coercendae impares reddiderint.

Distinctio igitur inter mulctam majorem et minorem sublata non solum est, sed etiam mulcta non amplius sumebatur; quia omne tentamen ad hoc crimen perficiendum capitali poena puniebatur; igitur sola poena capitis est servata, de qua poena nunc agendum est.

Tertio igitur loco, morte plectabatur aggerum vastatio apud majores nostros, nempe jure Omlandorum lib. 7 tit. ultim a. 34. suffocabantur aggerum ruptores eodem loco

ubi factum perfecerant. Etiam Placito Ordinum Hollandiae die 8 Februarii anni 1726, Groot Placaatboek, Tom VI, fol: 556 mortis poena et publicatio honorum statuatur, inprimis autem Placitum jam bis commemoratum Ordinum Hollandiae et Frisiae Occidentalis die 23 Novembris anni 1675, Groot Placaatboek, Tom III, fol: 601 et 602. Ubi sequentia invenimus.

» Placaat van de Staten van Holland en West-Friesland,  
» tegen het doorsteken van dijken, kaden en dammen.

» Interdiceren en verbieden mits deze eenige dyken,  
» dammen of kaden of eenig ander werk, hoedanig het ook  
» soude mogen wezen, dienende zoowel tot sluiting of wee-  
» ring van het zeewater dat noch buiten is, als om de  
» landen en polders, die niet zijn ingebroken of geinun-  
» deert, van het water dat binnen is te bevryden, of daar-  
» tegen te verzekeren, soowel die dyken, dammen of kaden  
» of andere werken, die albereyds gemaakt zyn, als die  
» noch gemaakt souden mogen werden, door te steecken,  
» te verdueren, onnut of onbequaem te maken om aan het  
» voorsegde water te kunnen resisteren, onder wat schyn  
» of praetext sulcks ook soude mogen wesen, op poene van  
» sonder eenige genade, conniventie of dissimulatie, met  
» der doodt en confiscatie van alle goederen te worden ge-  
» straft.”

Ex paucis hic allatis igitur abunde patet hoc crimen etiam a nostris majoribus gravissimum haberi et puniri; secuti sunt majores Romanorum doctrinam, etiam in illo,

quod omne detrimentum aggeribus vel munitionibus eorum allatum morte plecti voluerunt, vidimus nempe antiquiora placita mitiora in eos qui detrimentum tantummodo fecerunt vel minores aggeres vastarent esse abolita et revocata Placito 23 Novembris 1675 super memorato.

Non mirum videtur graves poenas scripsisse patres nostros, si sequelas aggeris rupti et inundationes inde ortas ante oculos habemus; quia nempe in patria nostra, quae tantum aggeribus adversus impetum aquarum continetur et maxima pro parte mari est circumdata, major calamitas oriri non potest, quam inundatio. Historia nostra satis docet, inundationem omnes alias superare calamitates, nam non solum unus homo vel unus ager laeditur, sed millia hominum, magni pagi, agri et homines eos inhabitantes aquarum victimae aliquando fuerunt effectu unius inundationis, unius aggeris non recte muniti, uti quotidie ostendunt lacus dicti de Biesbosch, het Haarlemmermeer, aliique, illi scilicet semper demonstrant nobis effectus inundationis, multique hodie non sine terrore et trepidatione commemorabunt inundationem Hollandiae Septentrionalis die 5 Februarii anni 1825, et vastationes inde secutas.

Haec omnia igitur satis probant recte majores severas poenas scripsisse in illud crimen, quod omnia crimina et sic etiam crimen caedis longe superat, quia is qui illud perficit non scit neque scire potest effectum mali perpetrati, etiam incendii crimen superat quia incendium longe facilius potest compesci quam inundatio, nam vis aquarum

aggeres transgredientium non potest sustineri, uti incendii furor, contra quem paene quodititae solemus dimicare et ad quod coercendum remedia semper ubique adsunt, neque magnitudo damni inundatione effecti potest ante definiri, ut quisque patriam nostram inhabitans facile intelliget, denique super omnia illud crimen maximum detrimentum patriae infert, cujus major pars in sola valida aggerum munitione ad advertendas marium et fluminum inundationes existit. Hodie etiam de gravitate poenarum hujus criminis non dubitatur, uti videbimus infra Capite Quinto.

---

---

## CAPUT TERTIUM.

### JUS FRANCICUM DE HOC ARGUMENTO.

---

Postquam decreto die 16 Septembris anni 1791, Coetus constituens in Francia pristinam conditionem abrogaverat, editus est Codex Criminalis die 25 Septembris ejusdem anni. In illo codice de aggerum vastatione non separatim legem posuerunt legislatores, sed crimen illud tractatur inter alia, communi nomine *déstructions* dicta, et commemorata in articulo 35, sectione secunda, titulo secundo codicis anni 1791, his verbis:

» Quiconque sera convaincu d'avoir volontairement, par  
» malice ou par vengeance, et à dessein de nuire à autrui,  
» détruit ou renversé par quelque moyen violent que ce  
» soit, des batiments, maisons, édifices quelconques, *digues*  
» et *chaussées qui retiennent les eaux*, sera puni de six  
» années de fers; et si les dites violences seront exercées  
» par une ou plusieurs personnes réunies, la peine sera de  
» neuf années de fers, sans préjudice de la peine prononcée

» contre l'assassinat, si quelque personne perd la vie par  
 » l'effet du dit crime."

Hoc placitum plurimis in locis temperatum est in Codice  
 Criminali Franciae anni 1810, ubi statuitur in articulo 437.

» Quiconque aura volontairement détruit ou renversé par  
 » quelque moyen que ce soit, en tout ou en partie, des  
 » édifices, des ponts, *digués* ou chaussées ou autres con-  
 » structions qu'il savait appartenir à autrui, sera puni de la  
 » réclusion, et d'une amende qui ne pourra excéder le  
 » quart des restitutions et indemnités, ni être au dessous de  
 » cent francs. S'il y a eu homicide ou blessures, le coupable  
 » sera, dans le premier cas, puni de mort, et dans le  
 » second, puni de la peine des travaux forcés à temps."

Hi articuli accuratius sunt explorandi, non autem ulterius  
 eos investigabimus quam ad nostrum propositum, de agge-  
 ribus non rumpendis, attinet; sequentia igitur de his arti-  
 culis tantummodo ad hoc argumentum referenda sunt.

Crimen hoc secundum a 437 Cod. Poenalis tantum-  
 modo locum habet quando tria facta requisita adfuerunt,  
 nempe: primo loco ut vastatio locum habuerit, secundo  
 loco, ut ruperit aggerem, quem perpetrator criminis scie-  
 bat suum non esse, tertio loco, ut vastatio fuerit volun-  
 taria. Tria illa requisita singulariter sunt consideranda.

1°. Vastatio. Vastatio est factum criminis, articulus  
 437 vastationem hanc incriminat qualitercunque etiam  
 peractam. Codice autem anni 1791 requirebatur, vasta-  
 tionem violentia fuisse peractam, hoc requisitum super-

fluum autem videtur; nam destructio aggeris non nisi violenter fieri potest, etiam si facta, quibus vastatio perficeretur, illud minus lucide indicarent.

2°. Requiritur ut res sit agger qui non est ipsius delinquentis; quando nempe ille qui aggerem ruperat dominus est aggeris, ulterius sequitur illum facere posse in suo quod vult, Jure domini, salva autem actione civili eorum quorum possessiones tali facto detrimentum subierunt. Conf. Burg. Wetb. a. 1401. Code Civil Napoleon a. 1382. Si vero lex, num res propria sit an aliena, non distinguit in crimine incendii, id inde repetendum quia illud crimen facilius perpetratur, quia incendium etiam rei suae grave possit inferre damnum iis qui periculum incendii, assecuratione facta, in se susceperunt. Denique ex incendio rei propriae potest etiam aliis periculum exoriri, si quis autem aggerem quandam in suum tantum commodum non in publicam gratiam construxit, si eum destruit denuo, aliis inde juris laesio oriri nequit.

Accurate autem est distinguendum inter dominium et illos qui usumfructum, usum et habitationem habent, sic et de aliis qui dominium non habent etiam si possessione utuntur, uti conductor aliique, hi non possunt hoc beneficio uti, simplice ratione; quod rupta res aliena est iis. Conf. DALLOZ, V°. *Destruction*, Sect. 1. N°. 4, 5 seqq.

Tertium requisitum est, ut vastatio commissa sit voluntarie, et a sciente rem ad alterum pertinere. Concursu horum requisitorum actio criminalis redditur. In codice anni 1791

requirebatur ut crimen commissum esset ex dolo malo aut vindicta et nocendi studio (par malice ou vengeance, et à dessein de nuire à autrui), articulus autem 437 illud non aequè indicat, et, ut videtur, recte se habet illa omissio, quum non opus erat ea expresse enumerare, quia sine dolo malo certe id crimen non adest. Quomodo quaeso crimen illud perpetrari potest, quomodo quis criminosus dici potest, si intentio laedendi non adsit. Igitur haec ex articulo ipso et ex ipsa facti natura intelligi possunt.

Cum autem lex postulat ut factum perpetratum sit voluntarie, et a sciente aggerem alienum esse, sequitur: ut haec duo requisita, etsi partem efficiunt criminis commissi, tamen debeant comprobari, praeter culpabilitatem criminis commissi. Sic iudicavit etiam Curia Cassationis die 19 Januarii 1838, (Journal du droit Criminel, I. 435). statuens, quod non sufficiat accusatum solum declaratum esse: »attendu que dans l'économie de l'article 437 la » volonté est un élément caractéristique du crime qu'il pré- » voit; que la simple dégradation ou destruction sans le » concours de la volonté ne rentre pas dans les dispositions » répressives de cet article, que le mot *coupable* n'expli- » que pas à lui seul l'existence de la volonté de commettre » le crime, et a pu, dans l'intention du jury, ne signifier que » la déclaration du fait de destruction à la charge de l'accusé.»

Idem est iudicatum a Curia Cassationis Berolini die 19 Martii, anni 1838, et die 5 Aprilis, anni 1844. Vide Belgique Judiciaire, III, 749.



Paragraphus secundus hujus articuli 437 est repetitio ultimi paragraphi articuli 434. Legislatores videtur voluisse, ut ille qui crimen commiserat puniatur de omni damno quod ex facto suo ortum poterat praevidere antequam crimen committeret, quia etsi auctor vastationis non meditaverat vulnera vel mortem, tamen factum unde protracta sunt voluit, et meditatio quod haec possint locum habere, eum a crimine committendo non repulit.

Hic codex, etiam si Franciae ita satisfacere possit, tamen videtur multis carere ut etiam nostrae patriae conveniat. Non exstat ita legislatio nostris regionibus apta, publicas calamitates arcens et patriae saluti satis efficaciter consulens. Vix opus erit amplius illud indicare, experientiâ nempe annorum fere quadraginta nobis persuasum esse potest, codicem illum in multis non satisfacere. Nec mirum, si ille codex regioni extraneae scriptus et nobis obtrusus a dominatore extraneo, apud nos non sufficit. Imperium nempe Francicum, quod ad conditionem fluminum et situm aggerum agros circumdantium, quod ad defensionem naturalem adversus vim maris, maxime plerumque differt a patria nostra, quam tantummodo arte atque operibus mirifice extractis ab impetu aquarum et maris et fluminum defendere debemus, igitur, ut Geographia comparata harum regionum ulterius docet, omnino est probabile, ut leges Franciae convenientes de hoc argumento, nullo modo ad Patriam nostram servandam sufficiant. In Francia totum hoc argumentum tamquam materies inferioris momenti tractatur

inter alias res, uti jam indicavimus, nam art, 437 de quavis vastatione bonorum immobilium agens, in transitu tantum aggerum vastationis facit mentionem. In patria nostra autem haec materies ipsa maximi est ponderis, majores nostri illud recte intellexerunt, uti patet ex legislatione in Placitis saeculi decimi sexti et septimi statuta, de qua jam agebamus in capite secundo.


Hodieque etiam illud consideratur, uti infra capite Quinto videbimus, ubi agendum erit de speciminibus novissimis hac in re proditis in tractando de novo codice Criminali Neerlandico.

---

---

## CAPUT QUARTUM.

JUS HODIERNUM DE HOC ARGUMENTO APUD PRAECIPIOS POPULOS  
EUROPAM INHABITANTES.



Praecipui populi Europaei quid statuerint de crimine aggerum ruptorum hoc capite investigemus, cum autem, si historiam cujuscunque legislationis de hoc argumento apud singulos populos persequeremur, illud fines opusculi academici longe excederet, tantum leges novissime constitutas communicabimus.

Sed quia difficile est ordinem quemdam servare in tractando de his diversis codicibus, credidi me debere primo loco junctim investigare codices novissimos praecipuarum gentium Germanicarum et tunc de ceteris populis Europae dicere, antequam autem ad illud argumentum aggredior, liceat mihi animadvertere; quod caput illud fere nihil continet nisi articulos codicum criminalium horum populorum; quod ego mihi persuasum habeo totum illud opus, hos articulos investigare et memorare, nullam mereri laudem; quod autem illud perfeci et hic interserui tantummodo eo consilio quia mihi utile et necessarium videbatur ut omnia quae ad hoc

argumentum pertinent sic in uno fasciculo jungerentur.

Supra jam indicavimus, inundationis effectus aequè ac effectus incendii magnam calamitatem posse inferre hominibus et eorum possessionibus, si igitur inundatio locum habuit facto hominis ejusdam, ille criminosus puniendus est gravissimis poenis. Novi Codices Germaniae criminales, nempe: Bavariae a. 254. Saxoniae a. 180 seq. Hassiae (Darmstadt) a. 420 seq. Badensis a. 562 sq. Hannoverani a. 189 seq. Brunsvicensis a. 209 seq. Oldenburgiae a. 259 seq. illud agnoverunt, et igitur de hoc crimine statuerunt in analogia cum crimine incendii.

Ad factum criminis aggeris rupti requiritur in illis codicibus:

1°. Ut inundatio locum habuerit; nam illo facto illud crimen perficitur; quod aqua ruptione aggeris agros similiaque inundaverit, igitur aggeris vastatio, quae effectum caruit, tantummodo punitur quasi tentamen. At secundum codices Bavariae et Oldenburgiae ad factum criminis sufficit illam vastationem esse commissam, etiam sine inundatione secuta.

2°. requiritur: ut inundatio inferat commune periculum (*Gemeine Gefahr*) de vita hominum vel de eorum possessionibus; an vita unius vel plurium hominum sic periculo exponatur non refert; quod ad factum criminis, Codex Hannoveranus autem secundum numerum hominum occisorum poenam auget. Possessionum autem nomine intelliguntur et mobilia et immobilia, et quando illa definitione utitur lex,

non tantummodo de aedificiis vel de domibus est cogitandum. Codices autem Saxoniae et Brunsvicensis terrae in illo crimine tantummodo memorant periculum de hominum vita vel de eorum domibus. Codex Badensis autem requirit periculum de majoribus possessionibus, igitur si auctor tantum periculum possessionis minoris momenti cogitavisset vastatione aggeris, illud factum non secundum statuta hic memorata, sed tantummodo secundum leges de laesione possessionis foret puniendum. Idem etiam statuit Codex Crim. Hassiae a. 423 et Cod. Crim. Hannoveranus a. 189 § 3. Etsi in ceteris codicibus non verbatim indicantur species et magnitudo periculi illati, videntur tamen eodem sensu esse accipiendi, quia verba *commune periculum* semper periculum magnum, et stricte accepta tantummodo periculum de vita et possessionibus plurium hominum indicant, igitur etiam in iis tantummodo de magna calamitate est praescriptum. Quando autem illud commune periculum locum habuerit, quaestio est, quae tantum ex factis temporariis a iudice poterit definiri.

Calamitatem illam auctorem autem voluisse, et illam praevidere potuisse, necessarium est.

Factum, quo illud crimen efficitur, consistit in: vastare, perforare vel laedere aggeres similiaque, quibus aqua continetur. Facta illa commemorantur in codicibus Hannoverano, Badensi et Oldenburgiae, Codex Oldenburgiae etiam memorat placitum sequens: ille qui, minores aggeres in flumine ipso extruens cursum naturalem fluminis mutat, et sic inundati-

ones perficit, incidit in poenam correctoriam unius anni ad annos quatuor.

Codices Hannoverani, Hassiae, Badensis et Oldenburgiae distinguunt illud crimen in gradus, et secundum sequelas, et secundum naturam periculi illati, inter se autem illi codices differunt in definitione illorum graduum. Codices Saxoniae et Brunsvicensis gradus illos non statuunt, codice Saxoniae autem additur, quod statuta de hoc argumento tamen vim habent legis, quando non majoris momenti crimen simul locum habuit, v. c. quando inundationem non hominis nex est secuta. Codex Brunsvicensis autem differentiam hanc statuit, an auctor inundationem perficiendo hominum vitae evidenter minas struxerit, nec ne.

Codex Hannoveranus in divisione graduum tantummodo naturam periculi illati definit. Sic in gradum primum incidit crimen, quando commune periculum hominum et possessionum inde oriretur, in secundum gradum, quando periculum adfuit de unius hominis vita, vel periculum commune possessionum, in tertium gradum quando periculum vitae et possessionum fuit minoris momenti, in quartum denique gradum quando periculum adfuit de possessionibus unius hominis.

In codicibus crimin. Hassiae et Badensi gravissimis poenis vindicantur casus:

1°. Quando aliquis vita privaretur effectu inundationis, et criminis auctor illud potuisset praevidere.

2°. Quando ex sequelis inundationis aliquis ita est laesus

ut vel ejus vita in periculo fuisset, vel vulnera graviora ei fuissent illata, et sequelae hae ortae sunt ex auctoris negligentia.

Codex Oldenburgiae quatuor gradus definit, et secundum periculi magnitudinem, et secundum sequelas. Gradus quartus vel gravissimus definit casum, quando aliquis inundationis effectu vita privatur vel gravissime vulneratur. Tertius est gradus, quando crimen perpetratum est saeviente procella similive calamitate. Secundus gradus, quando agger vastatus impetum maris vel majorum fluminum coercerat. Primus gradus de omnibus vastationibus, praeter illas modo memoratas, agit.

Tamquam fundamenta poenarum mensurae, enumerantur in codice Hassiae: magnitudo illati damni, casus, an inundatio noctis tempore locum habuerit, an agger vastatus majora flumina muniat, an crimen committatur tempestate saeviente, similiaque, et denique majus vel minus periculum de vita et possessionibus aliorum. In codicibus Hannoverano, Hassiae, Badensi et Oldenburgiae, qui illud argumentum accuratius tractant, poena gravior est scripta quam in codicibus Saxoniae et Brunsvicensi, qui minus accurate hac de re agunt. In codice Bavariae hoc crimen aequae ac illud incendii punitur.

Quatuor codices autem primo memorati mortis poenam sanciunt in casu gravissimo hujus argumenti, et codex Hannoveranus in causis quibus gravitas criminis valde temperatur, loco mortis, poenam statuit vincula publica (Ketten-

strafe) sed sine definitione temporis. In illo codice eadem poena etiam praescribitur in condemnatione secundi gradus; quia autem tempus hujus poenae est sex annorum usque in perpetuum, videtur differentia inter gradum primum et secundum consistere in temporis spatio in quod reus condemnatur. Poena ergastuli annorum duo ad octo in gradum tertium et carceris poena in quartum gradum scripta est.

Codice Badensi statuitur poena ergastuli sempiterna vel non infra octo annos, quando quis negligentia sua sic hominis morti locum dedit. In gradu secundo scribitur a codice Hassiae ergastuli poena sempiterna, a Badensi codice eadem poena annorum quinque ad viginti, in gradum tertium codex Hassiae poenam correctoriam unius anni ad tres annos vel poenam ergastuli usque ad decem annos, codex Badensis ergastulum unius ad duodecim annos statuit. Codex Oldenburgiae scribit in tertium gradum poenam ergastuli tempore indefiniti, vel opera publica, in gradum secundum poenam ergastuli annorum quatuor ad octo. Codex Saxoniae definit poenam ergastuli primi gradus annorum duorum ad decem, Codex Regionis Schwarzburg-Sondershausen, a. 180, ergastuli poenam statuit annorum trium ad duodecim, et codice Brunsvicensi scribitur poena ergastuli annorum duo ad decem quando in illo crimine evidenter periculum de hominis vita adfuit. Quando inundatio est orta ex negligentia, codices Saxoniae, Brunsvicensis, Hannoveranus et Hassiae poenas in crimen incendii scriptas statuunt.

Codex Borussiae mortis poenam statuit, Preuss. Landr. § 1571, in vastationem aggerum, quibus regiones majores ab



aquarum impetu muniuntur, quando nempe inundatio exinde sequitur, § 1572 scribit opera publica, vel temporaria vel in perpetuum, quando inundatio locum habet in agros, pratos similesque minores, et § 1573 opera publica annorum duorum ad viginti, quando reus aggeres et alias munitiones inhabiles reddit vel laedit.

In codice Austriaco (Oesterreichisches Gesetzbuch über Verbrechen) de nostro argumento sub titulo speciali non agitur, tantum invenimus in codice illo unum paragraphum in titulo subscripto. »Beschädigungen von Privat- und öffentliches Eigenthum,» in parte secunda § 76 nempe agitur de crimine aggeris rupti, et ibi statuitur, quod hoc crimen punitur poena carceris unius mensis ad tres menses.

Russiae codex criminalis novissimus est promulgatus anno 1845. Translatus est in linguam Germanicam et editus Carlsruhe et Baden, anno 1847.

In codice illo poenae statuuntur secundum propositum delinquentis; criminis perpetratio dividitur multis partitionibus, quibus gradus varii hujus criminis definiuntur et secundum quos poena regitur, poena illa autem nunquam est capitis, etsi satis crudeles omnes poenae scriptae videntur, cum si attendimus exilium in Siberiam, tum si consideramus poenam virgarum et illam horridam flagelli. In illo codice statuitur § 2118 poena correctoria classis primae, gradus quinti (1) vel carcer unius anni ad duo in

(1) Exilium in regione Tobolsk vel Tomsk, vel verbera (Ruthenstreich), 50 ad 60 et labor in carcere dicto (Correctionnelle Civil-Arrestanten-Compagnie) tempore anni unius ad duo.

eum, qui, proposito ut possessiones aliorum vastaret, inundaverit agros, nemora, horrea similiaque; deinde poena correctoria classis primae quarti <sup>(1)</sup> vel quinti <sup>(2)</sup> gradus punitur ille qui inundationem efficit, proposito ut vastaret domos vel naves ubi homines non adsunt, si quis autem inundationi locum dederit ut furtum committeret punitur poena dicta (peinliche Strafe) classis tertiae gradus secundi <sup>(3)</sup>; in § 2119 statuitur poena (peinliche Strafe) classis secundae gradus quarti <sup>(4)</sup> in eum qui inundaverit metalla, si reus autem sciverat quod suo facto hominum vita tenderetur, punitur poena (peinliche Strafe) classis secundae gradus primi <sup>(5)</sup>, § 2120 punitur ille qui dolose navem vel domum habitata in inundaverit poena (peinliche Strafe) classis secundae gradus quinti <sup>(6)</sup> et quando factum perpetraverit ut pagus vel urbs inundaretur, punitur poena (pein-

<sup>(1)</sup> Exilium et incarcerationis anni unius ad duo, vel verbera (Ruthenstreich) 60 ad 70 et labor in carcere ut supra, tempore annorum duo ad quatuor.

<sup>(2)</sup> Exilium in regione Tobolsk vel Tomsk, vel verbera (Ruthenstreich), 50 ad 60 et labor in carcere dicto (Correctionnelle Civil-Arrestanten-Compagnie) tempore anni unius ad duo.

<sup>(3)</sup> Exilium in regionibus Siberiae minus remotis et verbera (Peitschenhiebe) 10 ad 20.

<sup>(4)</sup> Opera publica annorum 10 ad 12, verbera (Peitschenhiebe) 60 ad 70.

<sup>(5)</sup> Labor in metallis sine temporis definitione, verbera (Peitschenhiebe) 100.

<sup>(6)</sup> Opera publica annorum 8 ad 10, verbera (Peitschenhiebe) 60 ad 70.

liche Strafe) classis secundae gradus secundi ( ), tandem § 1221 punitur poena carceris mensium trium ad sex, vel mulcta, quando negligentia reus inundationi locum dederit.

In Norvegia novus Codex Criminalis est editus Christianiae 1843, qui de nostro argumento in cap. 23. § 9. sequentia statuit.

§ 9. Si quis ut inundationi locum daret, aggeres vel alias munitiones vastatur, punitur poena (Strafarbeit) gradus quarti <sup>(2)</sup> vel tertii <sup>(3)</sup>, et quando inundatio exinde secuta est, poena eadem gradus secundi <sup>(4)</sup> vel primi <sup>(5)</sup>. Quodsi autem reus illos aggeres vastaret sine proposito ut inde inundatio sequeretur, punitur carcere, vel poena eadem gradus quinti <sup>(6)</sup> secundum § 11.

Si autem calamitas haec orta est ex negligentia, punitur reus incarceratione vel mulcta, secundum § 20.

In hoc codice capitis poena igitur non scripta est, et secundum voluntatem et propositum delinquentis, etiam secundum effectus qui locum habuerunt ex facto perpetrato, poena aestimatur.

Quod in Anglia de nostro argumento statutum est potest animadverti ex: »Handbuch des Englischen strafrechts und »strafverfahrens von HENRY. J. STEPHEN, Sergeant at law. Aus

<sup>(1)</sup> Labor in metallis annorum 15—20, verbera (Peitschenhiebe) 80—90.

<sup>(2)</sup> Temporis spatium annorum 6 ad 9.

<sup>(3)</sup> Temporis spatium annorum 3 ad 6.

<sup>(4)</sup> Temporis spatium annorum 9 ad 12.

<sup>(5)</sup> In perpetuum.

<sup>(6)</sup> Temporis spatium 6 mensium ad 3 annos.

» dem Englischen übersetzt, vervollständigt und erklärt von  
 » ERNST MÜRRY. Göttingen 1843." Illo in Libro cap. 15.  
 § 48, p. 304, invenimus statutum (7. und 8. Georg. IV,  
 c. 30, sect. 12) quo scribitur deportatio in perpetuum, vel  
 non infra septem annos, vel carcer non ultra quatuor an-  
 nos et quando reus est vir, verbera quibus semel, bis vel ter,  
 publice vel non publice, ex arbitrio iudicis, est afficiendus,  
 in eum qui dolose aggeres etc. vastaverit ita ut inundatio inde  
 secuta sit, vel locum habere potuisset, porro; si quis muni-  
 tiones illas, quae inserviunt ad aggeres firmandos, malitiose  
 vastaverit, sive si quis aliis modis navigationem in flumi-  
 nibus aliisque impediverit, puniendus est deportatione  
 septem annorum vel incarceratione non ultra annos duo,  
 et quando reus est vir, poena verberum semel, bis vel  
 ter, publice vel non publice, inferendorum, secundum ju-  
 dicis arbitrium.

Vidimus igitur in jure Anglico considerari tantummodo  
 factum commissum, non sequelas facti; de agentis volun-  
 tate et proposito nihil dicitur, solummodo requiritur ut  
 contra leges et malitiose factum perpetraverit delinquens,  
 de intentione autem agentis qua crimen commiserit, v. g.  
 consilio aliquem occidendi vel damnum inferendi, nihil re-  
 peritur, etiam in casum non providetur, quo quis ex illa  
 inundatione vita privatus fuerat, quod fortasse est causa  
 cur mortis poena ibi non commemoretur; ceterum di-  
 versae poenae statutae in unum crimen valde a se invicem  
 discedunt, sic v. c. deportatio in perpetuum, vel carceris

poena annorum quatuor in idem crimen scripta, magno-  
pere differunt, tamen iudicis arbitrio relictum videtur,  
unam ex duabus his poenis applicare; magna igitur potestas  
iudici est tributa.

Sic his paucis praecipuos Europae Codices commemora-  
vimus, adsunt autem specimina, praecipue in Germania  
edita, de quibus paucis hic dicendum erit et quidem primo  
in loco specimen sequens:

» Entwurf eines Strafgesetzbuches für das Königreich Un-  
» garn und die damit verbundene Theile, durch eine Reich-  
» tags-Deputation in den Jahren 1841—1843 ausgearbeitet.  
» Leipzig 1843, » illud specimen continet in capite XL,  
§ 404 sequentibus, has poenas:

Si quis vastatione dolosa aggeris inundationi locum de-  
derit, nempe si sciebat vel praevidere poterat inundationem  
ex illo facto secuturam esse, ille criminosus est puniendus,  
et quidem:

a) Incarceratione sex mensium, quando inundatio est  
impedita ab aliis, ita ut calamitas inde non oriretur.

b) Incarceratione usque ad annos duo, quando detrimen-  
tum ortum ex inundatione non superavit mille florenos.

c) Incarceratione usque ad annos quatuor, quando dam-  
num exinde secutum illum pretium superavit.

d) Incarceratione usque ad annos duodecim, quando inun-  
datione pagus similiaque sunt deleta.

e) Incarceratione in perpetuum, quando inundatione homo  
privatus est vita.

Quando criminosus in executione propositi sui ab aliis impediretur sic ut crimen effectu caruerit, puniendus est incarceratione mensium trium.

In specimine edito sequenti titulo: »Entwurf eines peinlichen Gesetzbuches für die Kurpfalzbaierischen Staaten, von G. A. KLEINSCHROD. München 1802.» statuitur in § 789 et sequenti poena ergastuli et labor dictus *Schwere Arbeit* annorum 12 ad 18 in eum qui vastatione aggerum vel aliarum munitionum inundationem efficit, ita ut inde magnae calamitates oriri possint, si autem minus damnum ex inundatione minori secutum est, puniendus est criminosus poena ergastuli, et ibi retinendus donec ille damnum resarciverit laboribus suis.

C. U. D. Freiherr VON EGGERS, in specimine: »Entwurf eines peinlichen Gesetzbuches für die Herzogthümer Schleswig und Holstein. Kiel 1808.» sequentia statuit paragraphis 555 sequentibus: Punitur morte illud crimen, quando commissum est, ita ut inde periculum commune et magnum, hominum et eorum domuum locum habere potuerit. Reclusionione perpetua punitur illud crimen quando committitur ut agri, nemora &c. inundarentur. Carcer annorum quinque ad decem scribitur in eum qui illud crimen committit, damnum inferendo aggeribus hominum privatorum, quando autem ex illo facto periculum de domiciliis laesi ortum fuisset, poena est scripta reclusionis perpetuae. Quando illud crimen fuit commissum ut exinde potuerit caedes oriri vel furtum vel rapina, punitur reus mor-

tis poena. Conscii et consortes puniuntur vel reclusionione annorum 5 ad 10, vel reclusionione in perpetuum, pro modo auxilii quod dederunt, et poenae quam subire debet auctor. Conatus inundationis efficiendae punitur reclusionione perpetua vel annorum 5 ad 10 (¹).

(¹) Vide de toto hoc argumento: Strafgesetzbuch für das Königreich Baiern. München 1815, Criminalgesetzbuch für das Königreich Sachsen, mit anmerkungen von Dr. Grosz. Dresden. 1838. Strafgesetzbuch für das Grosz-Herzogthum Hessen, Darmstadt, 1841. Strafgesetzbuch für das Grosz-Herzogthum Baden, Karlsruhe 1843; Zusammenstellung der Strafgesetze auswärtiger Staaten, nach der Ordnung des revidirten Entwurfs des Strafgesetzbuches für die Königlich-Preussischen Staaten, Berlin 1838. Grundsätze des Criminalrechts nach den neuen Deutschen Strafgesetzbüchern von Dr. C. F. W. J. HAEBERLIN, Leipzig 1843.

---

## CAPUT QUINTUM.

JUS NOVISSIMUM HAC DE RE IN PATRIA NOSTRA.

---

Jam anno 1666 monebant Ordines Generales certam esse condendam legem de Jure Criminali in nostra patria, etiam anno 1732 Ordines denuo de hac re monuerunt, idem fecerunt annis 1735 et 1775. Anno 1795 mutata regiminis forma BAVIUS VOORDA munus accepit speciminis Codicis conficiendi. Codex communis autem scribendus visus est decreto speciali Conventus Nationalis, vide etiam Legem Publicam anni 1798 articulo 28. Anno 1800 specimen illud prodiit, quod autem cum legis vim nunquam habuerit, hic non ulterius tractabitur. Anno 1804 duodecimviri quibus hoc negotium mandatam fuerit, specimen novum exhibuerunt quod, etsi legis vim etiam non acceperit, tamen hic accuratius est investigandum, quia fontem continet e quo, ut ita dicam, codex 1808 et specimina posteriora profluxerunt.

Illud specimen igitur editum est Hagae-Comitis anno



1804, sequenti titulo: »Stukken door de Commissie tot  
 » het ontwerpen van een algemeen burgerlijk en lijfstraffelijk  
 » Wetboek overgegeven aan het staatsbewind der Bataafsche  
 » Republiek; bevattende de ontwerpen van eene inleiding  
 » van het regt in het algemeen, het lijfstraffelijk Wetboek  
 » en van wetten omtrent het bewijs.»

Illic invenimus in libro tertio, capite sexto, paragrapho  
 quinto, sub titulo: »Van beschadiging van waterweeringen,»  
 statuta sequentia.

Art. 78. »Beschadiging van waterweeringen bestaat in  
 » het opzettelijk berooven, verzwakken, doorsteken, onder-  
 » graven, openen of buiten werking stellen van alle water-  
 » weeringen, welke strekken om eenige Eigendommen tegen  
 » den indrang van water te beveiligen.

Art. 79. »De bepaalde voorwerpen dezer misdaad zijn  
 » Dijken, Dammen, Ring-kaden, Krib- en Pakwerken, Slui-  
 » zen, Schutwerken, Hoofden, Schoeipalen, Steenwerken,  
 » bepootte Duinen en diergelijken.

Art. 80. »Die alzoo eenige Dijken, Dammen, Ring-  
 » kaden, Krib- en Pakwerken, Hoofden, Schoeipalen, Steen-  
 » werken, berooft, ondergraaft, verzwakt of doorsteekt,  
 » maakt zich aan deze Misdad schuldig.

Art. 81. »Gelijk ook hij misdadig is, die eenige Slui-  
 » zen, Schutwerken en diergelijken opent, verzwakt of  
 » buiten werking stelt.

Art. 82. »Eindelijk begaat hij deze Misdad, die eenige  
 » Duinen van Doorn, Helm of Rijs berooft, of dezelve op

» eenigerlei wijze onbekwaam maakt tot eene Zee-weering.

Art. 83. » Deze Misdaad wordt geächt volbragt te zijn,  
» zoodra die Daden verricht zijn, welke tot het bederven  
» der Waterweering toereikende zijn, ofschoon door dezelve  
» nog geene wezenlijke schade veroorzaakt ware.

Art. 84. » Deze Misdaad moet worden gewaardeerd:

1°. » Naar mate het min of meer boosaartig oogmerk,  
» waarmede de Misdaad begaan is.

2°. » Naar mate van het meer of minder gevaar, 'twelk  
» uit den aart en omstandigheden der in het werk gestelde  
» Daden te duchten was.

3°. » Naar de Persoonen, die de Misdaad begaan.

Art. 85. » Die deze Misdaad begaat, om eenige vijan-  
» delijke ondernemingen te begunstigen, is schuldig aan  
» Staatsverraad, en moet als zoodanig gestraft worden.

Art. 86. » Die, met welk oogmerk ook, eene buiten  
» Zee- of Rivier-weering zoodanig beschadigt, dat daarvan  
» eene wezenlijke Doorbraak en Overstroming het gevolg  
» is, of, volgens den aart der Daad, kan zijn, is straf-  
» baar met den strop.

Art. 87. » Beschadigingen van zoodanigen minderen aart  
» van Buiten-dijken en Water-weeringen, uit welke geen  
» gevaar van Doorbraak en Overstroming, hoe zeer door  
» den schuldigen bedoeld, te duchten is, moeten gestraft  
» worden met de zwaarste lichaaamelijke schavot-straf.

Art. 88. » Enkele beschadigingen van Water-weerin-  
» gen, strekkende tot stuiting of keering van het water van

» Zeeën of Rivieren , zonder oogmerk of gevaar van over-  
 » stroming , maar alleenlijk met oogmerk , om zich zelf'  
 » of anderen van overbodig water te ontlasten , moeten ge-  
 » straft worden met gevangenis en verbanning.

Art. 89. » Die , met welk oogmerk ook , eenige Bin-  
 » nen-Dijken , Dammen en Ringkaden , ofte ook Sluizen ,  
 » Schutwerken en andere Water-weeringen , dienende tot  
 » keering van het water voor Polders , of andere geheel of  
 » gedeeltelijk bedijkte Landerijen beschadigt , zoo dat daar-  
 » van eene Doorbraak of Overstroming het gevolg is , of  
 » volgens den aart der Daad , kan zijn , moet gestraft wor-  
 » den met de zwaarste lichaamlijke schavot-straf.

Art. 90. » Beschadigingen van minderen aart , aan dier-  
 » gelijke Binnenlandsche Water-weeringen gepleegd , uit  
 » welken geen gevaar van Doorbraak en Overstroming , hoe-  
 » zeer door den schuldigen bedoeld , te duchten is , moet  
 » gestraft worden met geesseling en gevangenis.

Art. 91. » Enkele beschadigingen van Binnenlandsche  
 » Water-weeringen , zonder oogmerk of gevaar van Over-  
 » stroming , maar alleenlijk met oogmerk om zich zelf' of  
 » anderen van overbodig water te ontlasten , moeten gestraft  
 » worden met gevangenis of verbanning.

Art. 92. » Die eenige Vaarwaters of Havens , door het  
 » doen zinken van Schuiten , Schepen , Steenen of dierge-  
 » lijke middelen , bederft en onbruikbaar maakt , is aan  
 » deze Misdaad mede schuldig , en moet naar de hier be-  
 » paalde voorschriften gestraft worden.

Art. 93. »Die uit hoofde van eenige Ambtsbetrekking,  
 » of aanbetrouwde zorg, verplicht zij u voor het behoud der  
 » Water-weeringen te waken, en die beschadigen, moeten  
 » met eene geëvenredigde zwaarere straffe, in de verschil-  
 » lende gevallen, gestraft worden.»

Perspicuum est principium; omnia etiam minora accuratius definire et de iis statuere, in illo specimine; illud jam indicat articulus 78 ubi crimen definitur, articulus 79 ubi quantum fieri potest omnia requisita criminis illius enumerantur, sic etiam a. 80, 81 et 82 repetitione omnium quae supra jam indicata erant, illud confirmant.

Articulus 82 satis demonstrat, placita majorum nostrorum non esse oblivione deleta, videatur Placitum Caroli quinti Imperatoris 9 Decembris 1547, et Placitum Ordinum Hollandiae et Frisiae-Occidentalis 23 Novembris 1675.

Articulo 84 multum Judicis arbitrio relictum est, etiam perdifficile videtur in causis singularibus de consilio judicare an plus vel minus dolosum sit; distinctio personarum hic facta videtur consentanea esse cum articulo 93.

Articulo 85 sequentibusque poenae gravissimae statutae sunt in eos qui illud crimen committerent, distinctiones autem admittuntur quae in majorum placita posteriora non, et in priora, minus accurate fuerant relata. Quaestio in articulo 86, an inundatio locum habere potuisset nec ne tamquam sequela facti commissi, non facile erit solvenda, in articulo 86 videtur legislator voluisse; ut ille qui factum

illud committeret puniretur aeque ac si locum habuisset inundatio proposita, quia, quamquam calamitas non secuta sit, ille autem eam cogitavit, et omnia quae poterat fecit ut fieret inundatio.

Distinctio facta est in hoc specimine inter aquam exteriorem et interiorem; ratio facile intelligitur, aqua interior non tantas calamitates poterit efficere quantas exterior, uti flumina magna et mare. Etiam recte distinguitur, an factum perpetratum sit criminis committendi causa, vel an delinquens illud perfecit ut liberaretur ab aquis sibi aliisque inundationem vel et interitum minantibus.

Articulo 92 minus accurate definitur quomodo iudicandus sit is, qui secundum hunc articulum puniri meretur. Quod a. 93 attinet conf. a. 84. 3°. Recte gravior poena statuta in iis delinquentibus.

Hoc specimen quod, uti vidimus, rem accurate et in omnibus ejus speciebus definivit tractavitque, vim legis tamen nunquam habuit, tamen ex illo specimine, tamquam ex fonte, ortus est novus Codex Criminalis, nempe die 18 mensis Novembris, anni 1807 LUDOVICUS Hollandiae Rex decrevit specimen esse conficiendum Codicis Criminalis, tradens specimen anni 1804 VIRIS REUVENS, ELOUT et VAN MUSSCHENBROEK ad examinandum, et inde novum specimen confectum est; sic a Rege LUDOVICO est Codex promulgatus die 31 Decembris 1808, titulo: »Crimineel Wetboek voor »het Koninkrijk Holland,» qui vigere incepit die 1 Febru-

arii 1809. In illo codice Titulus 17, Caput 2, inscribitur: »Van het beschadigen of weerloos maken van waterweeringen,» et sequentia continet.

Art. 243. »Die, uit ongeoorloofde oogmerken of uit »louteren moedwil en baldadigheid, voorbedachtelijk eenige »Dijken, Dammen, Kaden, Krib- of Pakwerken, Sluizen, »Schutwerken, Hoofden, Schoeipalen of Steenwerken be- »rooven, verzwakken, doorsteken of ondergraven; of eenige »Sluizen, Schutwerken en dergelijke openen, verzwakken »of buiten werking stellen, zullen, wanneer daardoor eene »wezenlijke overstroming van den kant der zee, zeeboezems of rivieren veroorzaakt is, gestraft worden met den »strop; en wanneer zoodanige overstroming wel niet dadelijk is gebeurd, maar, in aanmerking van het bedrevene, door de gelegenheid der plaats, en andere kenmerklijke omstandigheden ligtelijk had kunnen gebeuren, met »geesseling en brandmerk, of geesseling, langdurige gevangenis en bannissement voor altijd uit het koningrijk.

Art. 244. »Wanneer door zoodanige daden, als in het »243<sup>ste</sup> artikel zijn omschreven, eene wezenlijke overstroming van den kant van meren, stroomen of dergelijke »wateren is veroorzaakt, zullen de daders, naar gelang der »omstandigheden gestraft worden met den strop, of met »geesseling en brandmerk, of geesseling, langdurige gevangenis en bannissement voor altijd; en wanneer dusdanige »overstroming wel niet dadelijk is gebeurd, maar, in »aanmerking van het bedrevene, door de gelegenheid der

» plaats, en andere kennelijke omstandigheden ligtelijk had  
 » kunnen gebeuren, met geësseling, gevangenis niet te bo-  
 » vengaan den tijd van tien jaren en altoosdurend ban-  
 » nissement.

Art. 246. » Alle andere beschadiging van waterweeringen  
 » zal gestraft worden volgens de voorschriften, bij het vo-  
 » rige Hoofdstuk van dezen Titel (1) vastgesteld.”

Codex ille et specimen anni 1804 non valde differunt,  
 imo satis patet hujus codicis legislatores secutos esse speci-  
 men anni quarti, quia omnia fere statuta hujus speciminis,  
 licet non in tot articulos distributa et tam ample extensa,  
 tamen hic inveniuntur, et novae leges de hac re in illo  
 codice fere non adsunt.

Discrimen autem invenitur magnum inter hunc codicem

(1) 1<sup>o</sup> Hoofdstuk. Van het beschadigen van goederen in het algemeen.

Art. 241. » Die uit haat, nijd, wraak, ongeoorloofd zelfsbelang,  
 » of uit moedwil en baldadigheid, door vernielen, bederven, schenden  
 » of onbruikbaar maken, opzettelijk en voorbedachtelijk aanmerkelijke  
 » schaden toebrengen aan eenige gebouwen, woningen, landerijen, enz,  
 » hetzij aan het rijk, eenige stad of plaats, of aan bijzondere personen  
 » in eigendom toebehoorende, zullen, naar gelang der omstandigheden,  
 » gestraft worden met schavotstraf, gevangenis of bannissement, te za-  
 » men of afzonderlijk, niet te boven gaande den tijd van acht jaren.

Art. 242. » Beschadigingen van weinig belang, of aan goederen van  
 » geringe waarde, of zonder zeer booze inzichten in dronkenschap of  
 » dartelheid gepleegd, zullen ook mogen gestraft worden met geldboete,  
 » in allen gevalle niet te boven gaande de som van vijfhonderd guldens.

» De onderscheiding dezer ligte soorten van misdrijven wordt aan de  
 » bescheidenheid der regters overgelaten.”

et specimen anni 1804. Secundum specimen nempe eandem poenam subire debet delinquens, an crimine perpetrato effectus propositi sequantur an minus, in codice autem distinguitur num inundatio secuta sit, an non secuta, licet ea locum habere potuisset, et mitior poena statuitur quam poena praecipta in casu quo inundatio sequeretur.

Hic Codex Criminalis autem non diu viguit, nam postquam anno 1810 patria nostra cum imperio francico erat conjuncta et sic desiit regnum esse ut in provinciam mutaretur vasti imperii francici, etiam Codex Criminalis noster sublatus fuit et loco ejus Codex Criminalis Francicus est introductus anno 1811. Certe, patria nostra antiquam libertatem suam adepta est denuo conversione rerum anni 1813 sed decreto Regio die 11 Decembris ejusdem anni Codex Criminalis Francicus servatus est, licet plura hoc decreto mutata sunt, v. c. fines judicis arbitrii, poenae etc.; tamen de nostro argumento in hoc decreto non agitur, igitur huc non pertinet illud decretum amplius investigare. Leges Publicae anni 1814, articulo 100 et anni 1816, articulo 163 quidem monuerunt novum Codicem Criminalem esse condendum; jam die 18 Aprilis 1814 munus fuit mandatum Codicem Criminalem et alios Codices conficiendi decemviris, e quibus duobus viris KEMPER et PHILIPSE munus Codicem Criminalem conficiendi mandatum fuit, etiam anno 1818 novum specimen Codicis Criminalis Regi est oblatum, sed neque hoc legis vim nunquam habuit.

Hoc specimen, quod nostrum argumentum attinet, non



differt a codice anni 1808. Verbatim articuli de aggerum raptionibus transcripti sunt, salvo uno articulo, qui in Codice anni 1808 non invenitur, et qui sequentia continet: Art. 353. » Op dezelfde wijze en met gelijke onderscheiding zullen gestraft worden, die bepootte Duinen, » van doorn, helm of rijs berooven, of dezelve op eenigerlei » wijze onbekwaam maken tot eene zeewering." Ille articulus in Codice anni 1808 omissus, tamen reperitur in specimine anni quarti, et quidem sub articulo 82. Uti jam diximus illud specimen legis vim nunquam habuit, igitur anno 1827 die 23 Aprilis specimen novum Codicis Criminalis in Coetu altero Ordinum Generalium est propositum quod etiam effectum non habuit subsequente rerum conversione Belgica. Tandem lege 10 Junii 1840 recepti et probati sunt varii tituli ex libro primo Codicis Criminalis novi, qui autem ad nostrum argumentum nihil attinent.

In pertractando materiem de novo Codice Criminali condendo, in Coetu Delegantorum varia sunt proposita nova specimina de quibus nunc erit agendum, sic anno 1842 ad 1843 egerunt de sequenti titulo novi Codicis Criminalis.

» Wetboek van Strafrecht, Tweede Boek, Titel 20, Afdeling 2.

» Van het veroorzaken van overstroming.

Art. 9. » Al wie, hetzij door het vernielen, beschadigen of doorsteken van duinen, dijken, dammen, sluisen of andere waterkeeringen, hetzij door het openen van

»sluizen of op welke wijze ook, eene wezenlijke over-  
 »strooming of watervloed zal hebben veroorzaakt, zal, in-  
 »dien iemand daardoor is omgekomen of duurzaam ver-  
 »minkt geworden, of aan iemand eene wonde, kneuzing  
 »of ander letsel is veroorzaakt, welke voor den beleedig-  
 »den persoon eene ziekte van langer dan *twintig* dagen  
 »hebben ten gevolge gehad, of denzelven gedurende langer  
 »dan *twintig* dagen hebben verhinderd zijnen gewonen ar-  
 »beid, bezigheden of zaken te verrigten, met den dood  
 »worden gestraft.

Art. 10. »Indien de overstrooming van den kant der  
 »zee, der zeehoezems, der groote rivieren of meren heeft  
 »plaats gehad, zal de schuldige, wanneer dezelve de, in  
 »het vorige artikel vermelde, voor het leven of de gezond-  
 »heid van anderen nadeelige gevolgen niet gehad heeft, ge-  
 »strafd worden met langdurige zware tuchthuisstraf.

Art. 11. »Het veroorzaken van iedere andere over-  
 »strooming, die de, in art. 9, vermelde gevolgen niet heeft  
 »gehad, zal worden gestraft met enkele tuchthuisstraf.

Art. 12. »Al wie op eenige wederregtelijke wijze wegen  
 »of eigendommen van anderen opzettelijk geheel of gedeel-  
 »telijk zal hebben doen onderloopen, zonder dat dit nog  
 »eene wezenlijke overstrooming of watervloed daarstelt, zal,  
 »indien hierdoor schade is toegebracht, gestraft worden met  
 »correctionneele gevangenisstraf van ten minste acht dagen,  
 »en ten langste een jaar, en met eene geldboete van ten  
 »hoogste honderd gulden, en zoo er geene schade is toe-

„gebragt, alleen met eene geldboete van ten hoogste hon-  
 „derd gulden.”

In hoc titulo primo loco definitio viginti dierum, per quos quis a solitis laboribus praestandis fuit prohibitus, minus, nobis se offert; illa definitione autem legislator fortunae relinquit delinquentis punitionem, scilicet quando morbus longius durat, delinquens morte punitur, si autem vulneratus intra hoc spatium morbo sanatur lenius punitur, igitur vita delinquentis non pendet a crimine perpetrato, sed a multis causis a crimine alienis, et inprimis a fortuna prospera vel adversa et delinquentis et victimae suae facinoris. Pauca sequentia hoc ulterius indicabunt; quando aegrotus est debilis constitutionis longius aegrotabit quam homo fortis, igitur pendet vita delinquentis a constitutione aegrotantis, quando vulneratio incidit in partem aliquam corporis quae facile descinditur, vel cuius non facile sanitas recuperatur, uti sunt in corpore nostro, quando aegrotus negligenter custoditur, quando ipse aegrotans seu imprudentia, seu odio delinquentis motus, causa est ut ipse non intra tempus definitum resanescat, quando medicus, curae cuius traditus ille est, minus apte vel fortunate eum tractat, si haec fiunt, pendet sors delinquentis ab his causis temporariis et non a crimine perpetrato, contra; si constitutio victimae est valida, si vulneratio locum habuit in parte corporis quae facilius resanescit, si aegrotus recte curatur, si medicus est peritissimus et felicissimus in arte, et aegrotans igitur resanescit ante tempus consti-

tutum, si haec omnia fiunt, an deliquens propter illa quae sine illo locum habuerunt levius puniendus? non credo equidem, quia haec omnia facta sunt sine voluntate delinquentis. Illa pauca satis indicant hoc placitum minus esse probandum. Ceterum totum hoc specimen nititur principio, quod convenire non facile videtur, nempe, non secundum voluntatem suam reus punitur, sed secundum effectus quos crimen habuit, sic; si reus sciebat homines adesse in loco quem suo facto inundaverit et nemo est laesus, non ad mortem damnatur, etsi voluit interitum illorum hominum, contra, si reus nesciebat homines in illo loco adesse, aut crimen perfecit sine voluntate aliquem occidendi, et, si sciverat illos adesse, illud crimen non perfecisset, sed casu fortuito aliquis adfuisset qui inundatione illa mortuus est, propter illud morte damnatur. Hoc exemplum satis indicat reum non puniri secundum factum commissum sed secundum fortunam prosperam vel adversam. Igitur et delictum et poena scripta non aestimantur actoris voluntate, sed e sequelis commissi criminis, quae sequelae saepissime casu et sine voluntate delinquentis oriuntur.

Hoc specimen neque legis vim habuit et nova specimina oblata sunt Coetu Delegatorum quae etiam legis vim non receperunt; sic specimen mensis Februarii anni 1847 sequentia continebat.

Ontwerp van Wet. Wetboek van Strafrecht, 2<sup>o</sup> Boek.  
18<sup>o</sup> Titel, Afdeeling 2.

Van het veroorzaken van overstroming.

Art. 11. » Het veroorzaken van overstroming of watervloed wordt gestraft met langdurige tuchthuisstraf.

Art. 12. » Indien de overstroming of watervloed den dood of het levensgevaar van een of meerdere personen heeft doen ontstaan, wordt de schuldige, ingeval hij deze omstandigheid heeft kunnen voorzien, met den dood gestraft.

Art. 13. » Die wederregtelijk wegen of eigendommen van anderen geheel of gedeeltelijk heeft doen onderloopen, zonder dat dit eene overstroming of watervloed heeft veroorzaakt, of het gevaar daarvan doen ontstaan, wordt met correctionnele gevangenisstraf van ten langste een jaar en geldboete van tien tot duizend gulden, tezamen of afzonderlijk, gestraft.

Art. 14. » Die overstroming of watervloed heeft doen ontstaan door schuld of door verzuim van inachtneming van eenige wet of wettelijke verordening, wordt met correctionnele gevangenisstraf van ten langste zes maanden en geldboete van tien tot vijfhonderd gulden, tezamen of afzonderlijk, gestraft.”

Eodem anno 1847 mense Octobri iterum novum specimen in Coetu Delegatorum oblatum est, quod hic etiam sequitur.

Ontwerp van Wet. Wetboek van Strafrecht, 2<sup>o</sup> Boek, 18<sup>e</sup> Titel, 2<sup>e</sup> Afdeeling.

Van het veroorzaken van overstroming.

Art. 9. » Het veroorzaken van overstroming door de

» zee of ander bevaar- of vlotbaar water wordt gestraft met  
 » langdurige tuchthuisstraf.

Art. 10. » Het wederregtelijk veroorzaken van onder het  
 » voorgaand artikel niet begrepen overstromingen of de  
 » poging daartoe, wordt met correctionnelle gevangenisstraf  
 » van ten langste een jaar en geldboete van tien tot dui-  
 » zend gulden, te zamen of afzonderlijk, gestraft.

Art. 11. » Indien de overstroming den dood of het  
 » levensgevaar van een of meerdere personen heeft doen  
 » ontstaan, wordt de schuldige, ingeval hij deze omstan-  
 » digheid heeft kunnen voorzien, met den dood gestraft.

Art. 12. » Die overstroming heeft doen ontstaan door  
 » schuld of door verzuim van inachtneming van eenige wet  
 » of wettelijke verordening, wordt met correctionnelle ge-  
 » vangenisstraf van ten langste zes maanden en geldboete  
 » van tien tot vijfhonderd gulden, te zamen of afzonder-  
 » lijk, gestraft.

» Indien dit wanbedrijf door den schuldige in de uitoeffe-  
 » ning van zijn beroep is gepleegd, kan hem die uitoefening  
 » voor den tijd van een tot vijf jaren worden verboden.”

Specimina illa inter se fere non differunt, quo ad fun-  
 damentum idem continent, sed specimen mensis Octobris  
 auctum est paragrapho quo constituitur, ut ille, qui illud  
 crimen committit, in exercitione sui muneris possit pro-  
 hiberi quodam temporis spatio, ne illud munus exerceat.  
 Prohibitio illa autem est facultativa, et igitur Judicis ar-  
 bitrio relicta manet.

Valde autem differt specimen anni 1847 ab illo, anni 1842—43, et quidem:

1°. loco, quod distinctio injusta viginti dierum hic non invenitur.

2°. quod mortis poena quidem statuitur, sed tantummodo in casu, si perpetrator criminis sciverat hominum vitam in periculo fore, si illud autem providere non potuerat delinquens, capitis non damnatur, et igitur non tenetur de iis, quae non ex ipsius facto, sed ex fortuna adversa profluxerunt.

Conspicuum est ex speciminibus his posterioribus, legislationem criminalem patriae nostrae multum posse emendari. Sperandum fore ut specimen illud, etsi hodie nondum probatum, cito legis vim nanciscatur, ut tandem post tot annorum lapsum, etiam nos gaudeamus legislatione criminali, et temporis hodierni, et patriae nostrae moribus consentanea.

TANTUM.

---

---

---

**T H E S E S.**

---

I.

Sententia Vir. Clar. SAVIGNYI, bonae fidei possessorem dominium fructuum non nancisci ipsa perceptione, probanda mihi non videtur.

II.

Nec veram existimo Vir. Clar. UNTERHOLZNERI opinionem, bonae fidei possessorem gregis, dominum foetus pecorum non fieri.

III.

Si jacente hereditate ab herede impleta jam est usucapio, heres hanc rem adprehendere non tenetur, ut ejus acquirat dominium.

IV.

Quod periculum rei certae venditae spectat emtorem, non est exceptio (singularitas), sed sequela ipsius de obligationibus doctrinae.



V.

Articulus 445. Cod. Civ. nostri benignior et magis aequitati conveniens est, quam art. 451. al. 2. Cod. Civ. Francici.

VI.

Laudanda est lex in art. 1411. Cod. Civ. quae parentibus, liberis, conjugibus actionem dat injuriarum, laesa defunctorum cognatorum memoria.

VII.

Major in jure mercatorio nostro consuetudinis hodie est auctoritas, quam in reliquo jure nostro.

VIII.

Commissionarius non tenetur indicare committenti nomen ejus, quocum contraxit.

IX.

Recte MONTESQUIVUS: » l'effet naturel du commerce est » de porter à la paix.»

X.

Poena stigmatis videtur improbanda.

XI.

Assentior CARNOTIO cum ad art. 434. Cod. Pén. N°. 4. dicit: » L'incendie de sa propre chose ne pourrait donner » lieu à aucune poursuite, s'il n'en était résulté aucun » dommage à autrui.»

—  
XII.

Non assentior illis, qui putant, poenarum propositum eo tantum spectare, ut homines a delinquendo absterreantur.

XIII.

Non assentior iis, qui inundationis crimen tantummodo secundum effectus ex inundatione secutos, puniri volunt.

XIV.

Inundationis crimen severissimis poenis est puniendum.

XV.

Non assentior iis, qui definitionem viginti dierum quae occurrit in Cod. Pén. a. 309, etiam uti in specimine Cod. Crim. anni 1842—43. lib. 2. tit. 20. a. 9. ad jus criminale patrium referre velint.

